

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Richter

**Giselam Imper. Conradi II. Salici conjugem, In Laetissimo Natali Serenissimi
Ducis atque Principis Domini Christiani Ludovici, II. Ducis Regnantis
Meclenburgici ... Cras V. D. d. 15. Maji, Hor. 3. Pomerid. ... Officiose Et
Humanissime Invitaret, Investigare Studebat**

Gustroviae: Fritzius, 1750

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832387371>

Druck Freier  Zugang



clK-9453 (1.)





GISELAM
 Imper. CONRADI II. Salici
 conjugem,

IN LÆTISSIMO NATALI
 SERENISSIMI DUCIS atque PRINCIPIS

DOMINI

**CHRISTIANI
 LUDOVICI, II.**

Ducis Regnantis Mecklenburgici, Principis Vandaliæ,
 Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverinensis, Ter-
 rarum Rostochii atque Stargardia Dynastæ,

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,

CUM AD AUDIENDAS FESTAS ORATIONES

CRAS V. D. d. 15. Maji, HOR. 3. POMERID.

IN AUDITORIO MAJORI HABENDAS

OO. OO. AA. HH.

OFFICIOSE ET HUMANISSIME INVITARET,

INVESTIGARE STUDEBAT

M. DAVID RICHTER,

GYMN. DUCAL. RECT.



GUSTROVIÆ,
 Typis FRITZIANIS, ANNO 1750.

Serenissimo
 Juventutis Mecklenburgi
 Ducis atque Principi
 Dr. FRIDERICI O.
 Fot. tit.
 Fausta gravis

Lumillim

OISIEL'AM

Imper' CONRADI II Salic
confidem'

IN TETRISIMO NATALI

SERENISSIMI DUCIS acde PRINCIPIS

D O M I N I

C H R I S T I A N I
L U D O V I C I . II.

Domi Regiam in Tenuisq' Nauigia
Suumq' Regem suumq' T
Annum Regis q' Dux
DOMINI NOBIS ENTISSIMI

Qu' AD AUDITORIO MAJORI BARENDAS

OO. OO. AA. HH.

OUTORE ET MUNIMENTE INTARCT
INVESTIGARE STIBERAT

W. DANI'D RICHTER

GENU'DUCAL REC'T

TYPI FRIEDRICH'S ANNO 1520

GUSTAVI

TYPIS FRIEDRICH'S ANNO 1520

Sehr lieb
Johann von Bockwitz
Dr. L. Bockwitz
Joh. Bockwitz
Joh. Bockwitz

Wittenberg



I. N. D. A!

§. 1.

um in eo essem, ut proavitæ Domus Meclenburgicæ antiquam fidem & eximia merita tum erga Imperatores, etiam nondum suos, tum præcipue erga Serenissimam Archi-Ducalem Domum Austriacam pluribus perspicerer, orationis mihi initium præbebat GISELA, Imperatoris Conradi II. Salici, conjux, qvam præstantissimi Historicorum filiam Principis de Warle fecerunt. Hanc ergo relationem examinatus, mortuos & præsertim coævos consulere Autores debebam, atqve utriusqve partis rationes ita pensitare, ut non nisi veriori assentirem. Factum inde fuit, ut labor, qvem non nisi latus subii pertulique, sensim creverit, ipsaque mihi GISELA has pepererit plagulas, a quo recte judicantium arbitrio submittendas.

§. 2.

Deterruit me eqvidem nonsolum ipsius medii ævi conditio, sed Corn. qvoqve Nepotis in Attico XVIII. 2. sententia, difficillimum judicantis, familiarum origines contexere, ut ex illis clarorum virorum propagines possumus cognoscere.

a 2

Qvia

GRIMMUTUS

M. C. 1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

1809

15 4 5

Qvia vero pro suo candore atqve prudentia Cornelius ibid. n. 4.
diffiteri non potuit, his libris nihil posse esse dulcius iis, qvi ali-
qvam cupiditatem habent clarorum virorum, difficultates ad-
eundæ, fuerunt devorandæ. Omisla itaqve longiori commen-
datione studii Genealogici, (qvam post Rechenbergium in dis-
sertatt. Hist. Polit. Vol. 2do. disp. ult. p. 779 sqq. & Reiman-
num, in, de Fatis Studii Genealogici, occupavit qvoqve Clar.
Dn. M. Gladow in disp. de Erroribus. Historicor. vulgaribus,
cap. 1. §. 6.) qvod nemo unqam vituperavit moderatum,
speravimus fore, ut nobis vitio non vertatur, si & his curis
aliqvantulum indulserimus, atqve paternas præsertim GISELÆ
origines investigare studuerimus.

§. 3.

Hanc Gislam, Gislam, Giselam, Gyslam, vel Gisalam
(varie enim scribitur,) Imperatoris Conradi II. Salici cogno-
mine vulgo insignis, conjugem fuisse, Historicis quidem est
notissimum. Sed vero, a qvnam genus paternum, ortum-
que suum traxerit avitum? uter ex prioribus Conrado II. Im-
peratore maritis, primus fuerit? qvt item & qvos ex utroqve
filios, nova vidua Conrado suo adduxerit privignos? non æqve
sunt perulgata, qvia difficillima. Uno interim omnes ore
consentiunt, Imperatorem Henricum III. Nigrum vulgo co-
gnominatum, ex hoc ipso tertio Giselæ conjugio natum fuisse.

§. 4.

Ne itaqve in tanto sententiarum divortio, qvantum
mox percipiemus, cum imperita mobiliqve Chronicorum &
Genealogicorum turba, res nobis sit, aut partium studio ali-
qvid dedisse videamur, qvod iis accidit, qvos M. Gladovius
disp. cit. c. 2. §. 6. produxit, dabimus cujuslibet causæ patro-
num & qvem potius primo loco qvam WIPPONEM, qui se
in Epist. qd Regem Henricum (III. nempe) Vitæ Chuonradi
præmissa, satis arroganter nominat: *Dei gratia Presbyterum,*
servum

48 5 50

servum regalium servorum, qviqve paulo post fatetur: quoniam cum plurimum tempus infirmavi, non potui in capella Senioris mei Conradi freqventer adesse. Recte proinde ὁ πάντα VOSSIUS de Hist. Lat. p. 368 Wiponem vocat Sacellatum Henrici III. cuius qvippe s̄apius meminit Wippo fol. 431. 434. 436. &c. Is autem Wipo in vita Chunradi Salici Imperatoris, in PISTORII Tomo III. Scriptor. Rer. Germ. f. m. 421-445 obvia, hæc nobis de Gisala memoriæ prodidit, fol. 428. Superbos omnes (de Dispositione enim curiali, in fidelitate Conrado præstanta, exposuerat) dilecta Regis conjunx Gisela, prudenter & consilio viguit (forsan: vicit) cui pater erat Herimannus, Dux Alemannie. Mater ejus Kerbirga, filia Conradi Regis de Burgundia, cuius parentes de Caroli M. stirpe processerunt, unde quidam de nostris in libello, quem tetralogum nominavit, & postea regi Henrico, cum natalem Domini in Argentina civitate celebraret, præsentavit, inter alios duos versus addidit, hoc modo

Quando post decimam numeratur linea quarta

De Carolo Magno procedit Gisela prudens

Prætereo reliqua, eaque satis multa, ad eximiam pietatis cætrarumqve virtutum, qvibus Gisala nostra fuit conspicua, commendationem facientia.

S. 5.

Habemus ergo, sed ex Wipponis fide, Gisela parentes exploratos. Ne vero Giselerum, freqvens istius ævi nomen, caliginem nobis offundat, I. Giselam Bavanicam, Henrico Rixoso, Duci Bavariæ, & Patri Henrici II, claudi sive Sancti, Imperatoris, nuptam, distingvamus II) a nostra Imperatrice, qvæ eandem Gisela, per matrem suam Gerbergam venerabatur suam materteram. Lucem hæc affudent Wipponi fol. 431. 25. Rudolphus, inqvienti, Rex Burgundie - secundum Henricum (Claudum scil:) filium sororis suæ (Gisela nempe Bavari-

a 3

cæ)

ex) in regnum invitavit. Facta deinceps de Conrado II. mentione, Giselam Reginam satis distincte nominavit filiam sororis (alterius scil. Gerbergæ, germanam sororem Giselæ Bavariae) ipsius Regis Rudolphi. Hic ergo Rudolphus II. ultimus Burgundiæ Rex, qvia Giselæ Bavariae & Gerbergæ, matris Giselæ nostræ, uterinus frater erat, recte quoque Imperatricis avunculus vocari potuit, quemadmodum quoque præter alios Aventinus in Annal. Bojic. V. f. m. 404. 23. 406. 4. eum aliquoties ita appellavit. Nec silentio prætereunda videtur tercia Gisela, soror Brunonis, Episcopi Augustani, qui, dum frater esset Henrici Imperatoris (Claudi scil: Nam Wipponis verba ex f. 436. 28 sunt) filius erat materteræ Giselæ imperatricis, soror vero ejusdem Episcopi, nupta Stephano regi Vngarorum, causa fuit Christianitatis primum in gente Pannonica. De Brunone Augustano Episcopo hæc quoque f. 423. 53. erudit. Bruno frater Henrici Imperatoris, utilis & clarus ingenio, si fraterno odio quo Imperatori oberat, non obscuratur.

§. 6.

Quando igitur Siffridus Presbyter ad A. 1025. f. 690. Tomo I. Pistorii, nobis hæc: *Conradus Dux Francorum, regnum adeptus regnavit annis 15.* Hic descenderat de stirpe Clodovæ & duxit Giselam de Webinlingen, neptem sancti Henrici, uxoremque Arnolphi Ducis Svevorum, quæ peperit Ernestum & Hermannum, & hinc peperit Henricum, qui Aquisgrani unclus est in regem, per Peregrinum Colonensem Archi-Episcopum, scripta reliquit, facile videbimus, Giselam nostram dici neptem Henrici II. qvia filius erat sororis Giselæ Bavariae, matris ejusdem Henrici II. Constat enim Henricum S. virginem adeoque improlem discessisse, ejusque vitam ab Adelaldo Episcopo Ultrajectino conscriptam extare, teste etiam Sigeberto Gemblac. ad A. 1025. Multis tamen, utriusque conjugis stemmata & origines inversa videbuntur, qvia Conradus

ad

49 7 50

ad Gallos, Gisela autem ad Svevos relati fuerunt. Nam Welbelingam, villam juxta Heidelbergam sitam esse, pervulgatum est. Quid? quod Conrado hoc nomen hæsisse gentile, Chron. Laurisham. f. m. 214. Tomo I. Freheri, palam testetur, siquidem ista memoriam prodidit: *Henrico divæ memoria Imperatore secundo de medio facto, deficiente regia prole, quæ regno succederet, orta est inter Principes non modica contentio.* *Ova divinitus sedata, in Conradum regem, QVEM DICUNT DE WEIBILINGEN convenit regni universalis electio.* A quo, ut ajunt, procescit adhuc permanens *Imperialis prosapia.* Nam *Conradus II.* gennit *Henricum III.* &c. Sed vero temeritatis esset, fidem autoritatemque Wipponis hic cum Sifrido committere, quia hic illi, temporibus quippe Conradi II. coaxivo, officere non debet, res quoque leviori opera expediri potest. Fingamus enim, Conradum descendere ex Clodovæ stirpe ad eum modum, quemadmodum Gisela per suum avum maternum Ludovicum IV. R. Galliæ, ex Gallis, res erit salva. Sed ne hoc quidem pharmaco indigebimus, quia *Conradus II.* consulto *Salici* cognomine fuit insignitus, siquidem Carolingorum antiqua sedes fuit circa ripas non Thuringici Jenamque alluentis, sed illius Franconici, itidem *Sala* dicti, Moenumque in Herbopolitano Episcopatu influentis fluminis. Commendatum interea nobis habeamus alterutrum Giselæ maritum, nomine *Arnulphum*, Dignitate Sveviæ Ducem, Patrem 2. filiorum, quos geminos facit Godofr. Viterb. Chron. Part. 17. f. m. 484. Tomo II. Pistorii, Sifridum per omnia fere secutus.

§. 7.

A parentibus veniamus ad privignos ex prioribus mari-
tis Conrado II. adductos. Verum enim vero, dolemus serio,
nullam priorum, quas olim celebraverat Gisla nostra, nuptiarum,
a Wippone factum fuisse indicium. Licet etiam filios,
ventrem quippe secutos, silentio non prætermiserit, Patrem
tamen

tamen eorum nusquam indicavit. Sic namqve fol. 434. lin. 38. alibiqve pasim, Ernestus, Dux Alemanniæ, privignus Imperatoris occurrit, & fol. 436. 41. ad A. 1030 hæc de Ejusdem fratre literis consignavit. Imperator Ducatum Alemanniæ Hermanno Juniori (qui alias in Serie Ducum Sveviae est Hermannus IV) fratri Ejusdem Ernesti dedit, eumqve Warmanno Constantiensi Episcopo commendavit. Imperator vero, NB. communī consenſu omnium Principum regni eundem Ernestum (vulgo Ildum in Svevis Ducibus) ab Episcopis excommunicari fecit - Ipsa Imperatrix Gisela, (quod dictu est mirabile) sed actu laudabile, filium inconsultum sapienti marito postponens, publicam fidem dedit omnibus, quicquid illi accidisset, nullam ultionem, neqve malum animum pro hac re reddituram fore. Hæc qvoqve f. 442. 18. tradit. Filius Imperatricis (licet aliquoties etiam Conradi filius Wiponi audiat, ejusqve privignus fuerit.) Hermannus, Dux Alemannorum, juvenis bonæ indolis & in rebus bellicis strenuus - obiit A. 1037. V. Calend. aug. non sine magno Imperii detrimento. Singula eqvidem ex Chronico Constantiensi apud eundem Pistorium f. 663. num. 30. uberioris etiam confirmari possent, sed supersedendum statui excitandis ex eodem verbis. Sufficient nobis duo Gyslæ filii, Ernestus & Hermannus, quibus tertium addimus Popponem, de quo ipse Wippo f. 423. 44. hæc refert. Trevirenssem Archiepiscopatum gubernavit POPPO, frater Ernesti Ducis, vir pius & humilis, qui eodem tempore filium fratris sui, Ducem Ernestum cum Ducatu Alemannico habuit sub tutela.

§. 8.

Interrumpendum esset filum Genealogicum, si pluribus hic detegerem I. astutiam Clericorum, optimas qwasqve literas ita in monasteriorum captivitate redigentium, ut in tanta publicarum Scholarum penuria, Cæsarum qvoqve Ducumve Praeceptores fuerint eligendi. Nemo melius Paulo Langio in Chron.

408 9 60

Chron Citiz. fol. m. 763. hæc docere potest, quem Antiquitatum Scholasticarum cupidis studiose commendamus legendum. Hermannum ergo Warmanno tradidit erudiendum Conradus, qvia ipse Borchardo Wormatiensium Episcopo usus fuerat Doctore, qui eum enutritivit in Dei timore & docuit, ut loqvitur Chron. Kirsgartense cap. 25. ap. Dn. de Ludewig, Tomo II. Reliqviar. MSTor. p. m. 68. Qvis ergo mirabitur, teneros Principum animos iis fuisse imbutos doctrinis vel potius erroribus, qvi viam mox secuturis patefacerent *Totatibus Hildebrandinis?* Neqve II. morem istius seculi discutere licet, qvod Imperatorum sententiæ, etiam in publico omnium Principum regni consensu latæ, per Imperatrices fuerint confirmandæ. Nam in privatis qvoqve invaluerat consuetudo, ipsis Legibus sœpe valentior, ut uxorum, filiorumqve etiam consensus accedere debuerit, si pacta, alienationes, &c. ratæ essent futuræ, qvod uberrime etiam probari posset ex Dn. de Ludewig T.I & IV. & passim, Reliq. MSTOR.

§. 9.

Sed vero inhærebimus propagini Giselanæ, adjungentes trigæ filiorum Ejusdem totidem filias, qvarum primæ si non Wipo ipse, is tamen qvi margini ejusdem hoc nominis allevit, MATHILDÆ nomen imposuit. Hanc Wippof. 439. 20. vocat filiam Imperatoris Cunradi & Giselæ Imperatricis nimium formositatis puellam, Henrico Regi Francorum despontatam, Wormatiæque defunclam atque sepultam. Qvam autem vereor, ne Ottonis III. fratruelis Hermanni, Patris nostræ Giselæ, sororem, supposuerit filiam Conrado II.! Utcunqve autem & res & nomen Mathildæ se habeat, ex Diplomatū tamē, aliorumqve forsū Historicorum fide constat, qvod & Henrico III. filio, & Patri Conrado II. par filiarum fuerit, qvarum altera 2) BEATRIX, altera autem 3) ADELHEID nominata fuerit. Causam id nobis suppeditat b. Hubneri Tab. Gener. 27mam supplendi, præcipue ex LEIBNITII Scriptor. rer.

b

Brunn-

Brunsvic. qvos præterea sequitur KETTNERUS in Antiqui-
tatt. Quedlinburg. p. 150. qvem vide.

§. 10.

Wiponis fidem huc usqve fecuti fuimus in eruenda Gi-
selæ genealogia, nullusqve dubito qvin multos impetraverit fa-
cilesqve judices. Fas autem erit, & alteram audiisse partem,
cui patronum dabimus KRANTZIUM, Virum nostra laude
majorem, qviqve inter Historicos suæ ætatis primus nugari
desit. Licet enim ejusdem cum Wippone non fuerit ævi;
ex præfationibus tamen Cisneri in Saxoniam, plag. e. 4. fac. b.
& Wolfi in Regna Aqvilon. plag. i. 4. fac. b. aliisqve Erudi-
torum albis calculis pervulgatum est, qvod sua non temere,
nec turpiter effinxerit, sed ex annalibus Ecclesiarum, Regum
& urbium in lucem ante non editis, ita studiose congesserit ut
laudi, non vitio vertendum ducam Krantzio qvod multa ex
Adamo Bremensi & Helmoldo transcripserit. Hujus autem
in Saxonia IV. 36. f. m. 99 hæc est relatio: *Conradus autem
jam rex, conjugem duxit Gislem, filiam principis Wandalie de
Warle. Qva in re pensandum, cuius tum nominis & splen-
doris fuerint Wandalici principes, qvarum filias dignarentur
Imperatores habere conjuges. Qyanquam tertium hoc fuerit
Gisle conjugium: primo enim nupta est Ludolpho Sveviæ duci:
qvo sine liberis moriente, nupsit Brunoni Saxonie marchioni,
cui peperit filium Ludolphum: Tertio loco pervenit ad nuptias
Conradi regis, deinde Imperatoris, qui ex ea genuit filium Hen-
ricum, post se Imperatorem. Eadem fere in præcedenti cap.
27. cum hujus Brunonis ortus erat docendus, tradidit. His
enim verbis cap. 27. Saxon. IV. incepérat. Henricus Bavarus
(is Imperator est Henricus II. Sanctus) Ottanus I. (Imperato-
ris) Magni, ex fratre Henrico (Duce Bavariæ) nepos, origine
Saxo, & si principatum teneat Bavariæ (per patrem Hen-
ricum Rixosum, & avum Henricum, Duces Bavariæ) primus
ab Electoribus in viam novæ constitutionis electus & assumptus*

est

est Imperator, anno post mille secundo. Nam Henricus frater Magni Ottonis (Imperatoris) genuit Henricum (Rixosum cognomine, Hezilonis quoque nomine insignem, Patrem Imperatoris Henrici II.) & Brunonem, (quem Isum appellabimus) filios. Henricus (Rixosus scilicet, cuius etiam §. 5. mentionem fecimus) patri succedit in Bavaria, Bruno (I. nempe) rediit in Saxoniam, & ibi parte ditionis illi permissa, tenuit Melverode & Hogewerde, titulumque sumvit ut marchio Saxonie diceretur, quando titulum ducatus Saxonie teneret Hermannus (comes ille Nordheimensis de quo in Metrop. III. 39 hæc: Wandalii verebantur arma Ottonis III. & Bennonis ducis Saxonie, quem filium reliquit HERMANNUS, ab Ottone primo ducali honore praeditus) & filii ejus. Hic Bruno (Imus scilicet) genuit filium Brunonem (Ildum) qui ex relicta Lupoldi Ducis Sveviae, quæ erat filia Principis de Werle & pervenit postea ad nuptias Conradi Imperatoris: Bruno inquam secundus ex hac conjugie genuit Ludolphum, marchionem Saxonie. Conradus autem (verba reddo ejusdem Krantzii ex cap. 36.) plurimum affectus privigno Ludolpho, bona multa fecit, ut obtinaret prædia & possessiones, quæ illi obvenerant ex morientibus Ottonibus iusta successione, quæque provenerant ex Henrico, novissimo cæsare, sine prole decedente, qui, cum Bavaria bonam partem tenuit Saxonie.

§. II.

Multa nova, forsitan & inaudita atque incompta percipi. Causa enim versatur in arguento, aliis ingenii intentato. Quamvis etiam non omnino nihil debeamus Krantzio, sed grata potius mente agnoscamus, quod priorum Conrado maritorum notitiam nos docuerit Wipponemque suppleverit; Parentem tamen liberosque Gisalæ mutat, de filiabus autem Ejusdem plane silet cum eodem. Qvas autem Wiponi ex aliis, recentioribus licet, attulimus suppetias, iisdem Krantzium non judicabimus indignum. Qvia enim præcipuus rei omnis

b 2

cardo

cardo vertitur in originibus paternis, videamus, num Krantzii fidem autoritatemque infirmare posit, qvod ne Parentis quidem nomen indicare valuerit, ad posteriora utique secula regiendi, qvia principem Wandalie de Warle eundem nominat, qvos recentior demum etas vidit.

§. 12.

Libertati ergo, sed qvæ ingenuos decet, indulgere nobis liceat, periculum facturis, num Krantziano assertu suam vindicaturi simus fidem. Qvin enim paternæ prosapia in sua Gisela expers fuerit Krantzius, nemo facile nisi temere & qvi Krantzium non habuerit cognitum, affirmare sustinebit, qvia uti mox audiemus Miecislaum II. (qvem alii Misislau IV. Wandalorum Regem 38vum nominant) oppido intelligit, qvi autore CHEMNITIO, Archivario qvondam, & postea Proto-Notario Dicasterii nostri, Aulico Provincialis, in sua *Epitome Hist. Geneal. Ducum Meclenb. MSTa*, sub signo D. a. conjugem habuit Sophiam, eines Königs oder Fürsten in Ungarn Tochter, und zeuget mit Ihr 2 Söhne, Mistevoi III. und Mizzudrag, und eine Tochter Giselam. Duas vero priores Giselæ nuptias, qvas Krantzius nos docuit solus, ita trajiciemus, ut primum ejusdem maritum statuamus Brunonem II. Marchionem Saxonie, cui peperit filium Ludolphum, qvem vitricus Conradus II. Imper. ob suum obseqvium in oculis gestabat, sicuti §. 10. circa fin. vidimus. Ut in hac sententia permanserim, non tam consensus Tabularum Geneal. b. Hübneri, nempe Tabb. 26. 123. 149 &c. qvibus qvippe sàpius diffusus sum, efficit, qvam fides & autoritas Chemnitii laudati, qvi licet sesqui seculo fuerit Krantzius posterior; ejusdem tamen valore, famæ meritorumque celebritate adeo non fuit captus, ut palam sub Mistevoi III. (qvem alii faciunt IIIdum) fratre Giselæ, hæc loc. cit. D. i. scripsit: Fräulein Gisela, Misislai IV. Tochter wird ERST an Marggrafen Braunen zu Sachsen, und Herrn zu Braunschweig, 2) an Herzog Ernst zu Schwaben, 3) an Kaiser Con-

ob720

Conrad II. vermählset, stirbt An. 1043. und liegt zu Speyer begraben, ex qvo conjugio ortus Henricus III. Imperator. Röbur acqvirit hæc Sententia, qvia Bruno II. jam A. 1014 vel 1015. vivere desit, nec nobis persuadere possumus, Giselam adamasse decem annorum viduitatem. Qvod vero Anno demum 1025 vel 1026 conjectalis Conradi fuerit facta, exagonium est.

§. 13.

Cum altero autem conjugio, qvod Krantzio supra §. 10. primum fuit, leviori opera in gratiam redibimus, si modo Ernesti I. Duci Sveviæ annos aut vitæ aut regiminis ad decennium producere valeremus. Eundem enim jam A. 1015. (qvo etiam Bruno II. expiravit) in venatione periisse referunt, relictis filiis Ernesto II. & Hermanno, qvibus etiam Ernesti II. filium supra §. 7. adjecimus cum Poppone. Nominum enim ARNOLPHI & ERNESTI variatio neminem facile commovebit, qvia hoc præsertim seculo XI. ea fuit usitatisima. Sic ipsa Conradi Imp. mater, Wipponi f. 425. i. dicitur, Adelberta, Adalbera, Adelheyda, Adelhavta. Quidni Siffridi ARNOLPHUS supra §. 6. obvius, Chemnitio, Hubneroqve fieri potuit ERNESTUS? Ludolphum vero hac ratione, vero suo relinqvemus parenti successorem inter marchiones Saxonie, qvi vero æque minus ac Arnolphus Siffridi inter Sveviæ Duces locum reperit.

§. 14.

Sed vero vestigia, eaqve non lubrica gressumqve fallen-tia, erunt signanda, qvæ a Saxonie Ducibus, qvi per suam avaritiam & exactiones nimias, adeo exosi erant Slavis, calcata fuerunt, ut in Wandalorum Principum (ita namqve Reges Sclavorum vocirat Helmoldus, infensisimus eorundem hostis ex coeco Clericaliqve Zelo) gratiam se insinuaverint. Hæc vero nobis monstrant Helmoldus Chron. Sclav. I. 16. & Krantzius Saxon. IV. 34. his verbis. Per eadem tempora (Henrici, intellige, II. Imperatoris, Claudi,) Bernardus Dux Saxonie (a Marchi-

b 3

Marchionibus Saxonie probe distingvendus) qvum ad multa sibi obsecundantem haberet principem Wandalorum Mistiwoj
 (Mistavum II. indigitat, qvi Mistui Ditmaro Merseburg. III. p.
 32. aliis etiam Mislaus IV. dicitur) qvi & in rebellione in Cæ-
 sarem, & in expeditione Italica cum Cesare, forti armine secu-
 tus est Duce, ut copiis illius ad prima semper signa pugnan-
 tibus, paratisimis ubique uteretur, adeo se Duci fecit Wanda-
 lus commendatum, ut illi cognatam suam, & (ut alii asserunt)
 germanam suam desponderet. Licet etiam speratas has nup-
 tias Theodericus marchio Brandeb. per suam imprudentiam
 & intempestiva diæteria fecerit irritas; adeo graves tamen
 huic ipsi Mistavo II. cui Fortissimi Gigantis cognomen specta-
 ta Ejusdem virtus bellica peperit, dedit poenas, ut ab Eodem
 depulsus honore exutus sit a Wandalis omni suo principatu,
 præbendarius factus in Magdeburgo, miseram vitam in cala-
 mitate finiverit. Facile interim & necessitudo. qvæ inter
 Wandalicos & Duces & Principes Saxonicos intercessit, &
 extimescenda Regum Venetorum potentia & præcipue Gise-
 lana prudentia, qvæ haud rudis fuisse videtur tractandi demul-
 cendiqve Principum Virorum animos, Brunonis spem alere &
 ad nuptias invitare potuerunt, siqvidein memoratus Mistiwojus
 circa ultima tempora vitae, ductus factorum (persecutionis &
 ejecæ Christianæ religionis) pænitentia, ad cor reversus dica-
 tur Krantzio in Vandalia II. 42. fin. & Helmoldus etiam refe-
 rat I. 37. qvod jam superiori seculo X. Mistavus I. Wagonis
 Episcopi III. Aldenburgensis sororem matrimonio sibi junxerit:
 & Godschaleus, Mistevoji, foederati Bernardo, nepos, filia Regis
 Danorum honoratus fuerit. cap. 19. fin. Audiamus etiam
 Chemnitium, nonsolum per omnia cum Krantzio consentien-
 tem, sed hæc insuper addentem: Mistevoi III. Misislai IV. Svhn-
 der Wenden und Obotriten 39. König, ein tapfer und streitba-
 rer Held, dervhalben er fortissimus Gigas genennet wird
 Er ziehet A. 1023. gen Bardewick ins Elend, und stirbt daselbst
 seelig

seeliglich A. 1025. seiner Regierung im 24 und des Exilii im andern Jahr. Seine Gemahlin Margareta, Kaisers Henrici des Voglers Mistel, zeuget mit Ihr 3 Söhne Anadrog, Udo und Gneum. *Conserri quoque paucibribus poterit Krantzus in Metrop. III. 39. 42 &c.*

§. 15.

Si quis vero Wiponis fidem autoritatemque mordicus pertinaciusque defenderit, consideret ingenuam Ejusdem confessionem, de ignorantia Ejusdem in rebus exoticis, statim sub initium suæ vitæ Chunradi f. 429. 7. editam, conventum Principum ad regis electionem descripteuri. En vero illam: *Saxoniæ præstiles, quoniam me latuit, quid de Vita eorum nominibus addicere convenienteret, memorare vitavi, quamvis & eos summis rebus adesse, consulere, succurrere, procul dubio percepimus.* Qvanta ergo cum latitudine temporis hæc Wiponis verba f. 424. 12: *Ducas autem supra dictis viris (Archiep. & Episcopis ad Conradi electionem convenientibus) contemporanei hi fuerant: Benno Dux Saxoniæ (qui supra §. 14 Bernardus audit) Hetzilo, Dux Bavariæ (conf. §. 10.) Ernestus Dux Alemannie (conf. §. 7. & 13) &c.* sint interpretanda, facile videbimus. Parum quoque abest qvin aperte statuam, Wipponem vix Marchiones Saxoniæ cognovisse, siqvidem ne de Ducibus quidem Saxoniæ habuit, qvod de Vita, eorum nominibus addicere convenienteret. Vanum quoque esset si arbitramur, hæc ad Saxones non Sclavicanam pertinere gentem. Hunc enim ipsum Sclavorum populum in ipsa hac Chunradi nostri electione comitiis Imperialibus A. 1025. interfuisse, Wipo sat aperte confitetur f. 427. 47. *Ex parte Germaniæ inquiens, Saxones NB. cum sibi adjacentibus Sclavis convenere.* Imo vero ante Wiponem eadem fere de Mistavo II. Giselæ patre ex Dittmaro annotavit Bangertus ad Helmoldum p. 39. qvod nempe Quedlinburgum ad comitia, qvæ ibi Henricus Dux Bavariæ habuit, venerit, circa Annum 984.

§. 16.

§. 16.

Vttri ergo horum DuumVirorum, inqves, lapillum nostrum adjiciemus, Krantzio aut Chemnitio; an Wipponi? Hic domesticus oculatusqve Chuonradi sui testis est & Scriptor, in Ejusqve, (utinam qvoqve in Giselæ) Genealogia satis accuratus. Ille aliquot seculis quidem Conrado Wiponeqve posterior; inter Historicos tamen superiorum temporum primus nugari desit, sua ex Tabulariis publicis excerpens, nec temere ex ingenio fingens, cui non leve in hac ipsa causa per Chemnitium accedit præsidium. Certe, si Krantziano ævo hic mos placuisse, ut diplomata divulgata fuissent integra, nullus dubito qvin pleniores vindicias suæ Giselæ afferre potuisset, qvia vero videtur proximum, qvod Micislaus pater & Mistevojus frater Giselæ, in progenitorum animæ salutem tabulas quasdam curaverint donationesqve conscribendas. His itaqve etiam nunc deficientibus, & cum Wiponi æqve ac Krantzio & temporum & propaginum ratio succenturiatur, quis tantas, præter Oedipum, componere sustineret lites?

§. 17.

Herculem proinde excitabimus literarium, qvi sua auctoritate, doctrinæ meritorumqve gloria insignis, aribiter sedeat inter Wiponem Krantziumqve, suaqve clava profiget monstra genealogica. Is vero b. esto JO. PETR. de LUDEWIG fama super æthera notus, cujus verba ex doctissima præfat. Tomo I. Reliqvar. MSTOR. præmissa, exigua veiborum immutatione, si mea facere licebit, rem omnem componant. Ita vero illa §. 46. p. 143 sqq. se habent. *Uno fere eodemque tempore multa vastaque volumina prodierunt de Rebus Mecklenburgicis. Sed nullius industria fuit, ut principum stirpes emendarentur connubiaque. Qvod omnino fieri posset auxilio aliquot Diplomatiorum. Nam in illis nonsolum notantur loca & tempora diplomaticum conceptorum: sed etiam Majorum eiusus-*

cujusque principis, in quorum progenitorum animæ salutem omnes fere tabulae scriptæ sunt. Hoc cum lūculentissime exemplis probasset, de difficultatibus Genealogicis ita ex re & vero pronunciat: Augiæ certe stabulum offendit, qui in hoc studii genere NB. Germaniæ præsertim principum, est occupatus. Quorum historiæ a Scriptoribus pendent nullius nominis & fidet: ut adeo opus omnino sit manu medica, aliunde non firmanda, emaculandaque, quam ex diplomaticis. Ne vero hic conatus ab aliis inter portenta referatur literaria, atque porro ut stulta exagitetur audacia, hinc Magnus ille Ludewig hanc subtexuit annotationem. Summe industrius Pfeffingerus reclam viam init. Scriptit enim mihi mense Novembri A. 1719. se in eo nunc totum esse, ut Principum S. R. F. genealogias & historias condat pandatque diplomaticas. Qvod olim fuit nostrum paradoxum, numeratum multis in republica inter portenta literaria, idque vel ignorantia vel stulto contradicendi studio.

§. 18.

Interea præstolabimur aliquem, qui hunc nodum non fecet, sed solvat ex indubitate fidei Diplomatis; Historicorum vero autoritatem in hac quidem causa tantisper suspendamus aut seponamus, cum Serenissima Domus Meclenb. sua sorte contenta, satisque sit certa, qvod ejus semper splendoris, qui nunquam consenuit, fuerit, cuius filias dignati fuerint Augustissimi Reges habere conjuges, cum Wandalici principes non raro quoque filias duxerint regias. Discamus tamen interea, nobisque alta reposum mente maneat, quanta fide, peritia atque prudentia Tabularia a Majoribus nobis relicta, eaque domestica sint servanda, observanda atque conservanda. Pluribus plenissimeque hæc doceri possent ex b. SCHUPPII Regenten-Spiegel in Ejusd. teutsche Schriften p. si plagularum spatum & auspiciatissimi Natalis Serenissimi Duci Regnantis, **CHRISTIANI LUDOVICI II.** Duci Regnantis Meclenb. tot. tit.

tit. ratio, id permisissent. Inter tot enim gratulationes, suorum votorum religionem publice testantes, siluisse, nefas haberetur merito. Debemus præterea hoc pietatis publicæ officium Summo Vitæ Mortisqve arbitro, siquidem ita precibus nostris, superiori anno pro salute Serenissimi fuisis, indulxit & satisfecit, ut Ser. Parens cum Sua Ser. Gente incolumis fuerit conservatus. Hanc cœlestem felicitatem non extollere modo humillimis laudibus studebunt, sed diutinam qvoqve porro a Deo impetrare satagent.

Optimi quidam Juvenes, Veris jucundissimi faciem Gymnasio & Patria spondentes. Dicent namqve publice & bene, cras V. D. post hor. III. pomerid.

- I. JOHANN CHRISTOPH. OTTO, Dargunens. Orat. germ.
Historiam Jubileorum, Judaici nempe, Pontificii & Lutherani.
- II. JOH. PHILIP. MARGGRAFF, Eutino-Holstatus, Orat. lat.
Justissima Lutheranorum ob pacem Westphalicam jubila.
- III. CHRISTIANUS LUDOVICUS SACHS, Gottino Meclenb.
Metro germ. canet. *Von den ausnehmenden Verdiensten derer Durchl. Herzoge von Mecklenb. so sie an der Erwerbung des Religions- und Westphälischen Friedens geleistet.*
- IV. JOH. JOACH. SCHOEPPFER, Gustroviens. Orat. germ.
Von dem Einsatz der Götlichen Regierung in die Regierung eines Landes.

Vos proinde AA. OO. OO. HH. qvibus pro vestra pietate, Serenissimi Ducis Regnantis, Totiusqve Serenissimæ Domus Mecklenburgicæ vita salusqve curæ cordiqve est, qviqve justum & literis & Scholis pretium statuere didicistis, hoc precibus meis dabitis, ut Filiorum vestrorum animos ad bene, cras V. D. dicendum, præsentes accendatis & gratioli confluatis. Qvod si enim oculus Domini saginat eqyum, qvidni Summorum Virorum personæ suo favore atqve præsentia cæteris qvoqve commilitonibus ad res etiam suas aliquando præclare gerendas calcar adderent? Operam dabimus omnem, ut qualibet humanitate atqve officio nostram præstemsus inserviendi alacritatem.



OS 9 50

De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis studiis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, instituiert werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie eni der Universität nach Helmstädt mit Nutz verschick. Cum deinde turbulentum Brunsvicum, mox vero Gv cum adiisset, in secessu vicino Hessen ab Avia sua te receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates auto semenses, dictaque Monasteria latius enarrabunt Autor Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d. præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M. Bericht nach, sollen die Salz-Röten jährlich 2 Tonnen tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g. Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet. vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar. SIGIUS, pleniorum sine dubio dabunt notitiam in *Bt xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore liberorum Parentis facti, cuius πολυτελίας alia pluram peditabunt exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17 *CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2* Jac. THOMASII, *Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n. omittam STEPNERUM in *Inscript. Lipsiensibus:* A

